vt diſcinctus. accin
ctus dr̃ ille q̃ vadit
ad ꝑliũ. Diſcinctus
ꝟo q̃ iam depoſuit
arma obtenta victo
ria. ꝑ hoc inſinuãs
ipi benadab ꝙ non
debeat gloriari ac ſi
iã cepiſſet ciuitatẽ.
m ¶ Circũdate ciui
tatẽ. ponẽdo machi
nas ad inuadendũ
eã n ¶ Et ecce pro
pheta vnus. hic ꝯñr
achab de ꝓmiſſione
victorie cõſolat cuꝫ
dr̃. Vidiſti oẽm mł
titudinẽ hãc nimiã
ecce ego tradã eam
in manũ tuã. cuius
cã ſubdit. o ¶ Vt
ſciaſ q2 ego ſuꝫ dñs
⁊ reſilias ab idola-
tria. p ¶ Et ait a-
chab ꝑ quẽ. q2 vide
bat ſibi impoſſibile
ꝓpter ppłi ſui pau-
citatẽ ꝓpter qđ ꝓphe
ta ad eũ aſſecrandũ
replicauit nomẽ dñi
.d. q ¶ Hec dic̃ do
min⁹ ꝑ pediſſeq̃s ⁊c̃.
.i. ꝑ armigeros ꝑn-
cipũ de terra iſrael.
vt cõiter expõit ra.
ſa. d. ꝙ ꝑ hoc intelli
gunt filij nobilium
q̃ nõ erant de filijs
iſrael ſꝫ erãt dati ob
ſides ipi achab. vñ i
hebreo hr̃. Per pu
eros principũ ꝓuin
ciarũ. r ¶ Et ait. ſ.
achab. s ¶ Quis
incipiet ꝑliari. i. q̃s
erit in ꝑma acie. t
Et ille di. tu. vt ma-
gis tibi attribuat vi
ctoria. ⁊ ꝑ hoc debe
as eẽ deo magꝭ gra
tus. v ¶ Et egreſſi
ſunt meridie. q2 illa
hora ſolẽt hoĩes co
medere. ⁊ iõ minus erant parati ad reſiſtendũ. iõ ſubdit
x ¶ Benadab aũt bi. te. ⁊c̃. i. vino ſuffuſus ⁊ inebriatus.
y ¶ Miſit itaqꝫ be. i. miſerat añ ad circũdandũ ciuitatem
vt ꝑdictũ ẽ. ⁊ iſti nũciauerũt ei egreſſum achab de ciuita
te. z ¶ Apphendite eos viuos. volebat. n. cõi ppło vti i
opib⁹ ſeruilib⁹ in regno ſuo: ⁊ principales volebat inter-
ficere varijs ſupplicijs longa morte. cetera patent.
a ¶ Accedẽs autẽ. h ꝯñr deſcribit ſcđa victoria ipi achab

l ei. Ne gloriet accinctus eq̃
vt diſcinctus. Factũ ẽ aũt
cũ audiſſet benadab ꝟbuꝫ
iſtud bibebat ipſe ⁊ reges i
vmbracuł: ⁊ ait ſeruiſ ſuis
m Circũdate ciuitatẽ. ⁊ circũ
n dederũt eã. Et ecce ꝓpħa
vnuſ accedẽs ad achab re
gẽ iſrł ait ei. Hec dicit dñſ
Certe vidiſti oẽm multitu
dinẽ hãc nimiaꝫ. Ecce ego
tradã eã i manũ tuã hodie
o vt ſcias q2 ego ſum dñs. ⁊
p ait achab. Per quẽ. Dixit
q qꝫ ei. Hec dic̃ dñſ. Per pe
r diſſequos principũ ꝓuicia
s rũ. Et ait. Quis incipiet ꝑ
t liari. Et ille dixit. Tu. Re
cẽſuit ergo pueros principuꝫ
ꝓuinciaꝝ ⁊ reppit nũeruꝫ
ducentoꝝ trigitaduoꝝ. Et
recẽſuit p⁹ eos pplm: oẽs
v filios iſrael ſepteꝫ milia: et
x egreſſi ſũt meridie. Bena-
dab aũt bibebat temulẽt⁹
in vmbraculo ſuo: ⁊ reges
trigintaduo cũ eo q̃ ad au-
xiliũ eius venerãt. Egreſſi
ſunt aũt pueri principũ ꝓ-
y uinciaꝝ in prima frõte. mi
ſit itaqꝫ benadab q̃ nuncia
uert ei dicẽtes. Viri egreſ
ſi ſunt de ſamaria. At ille
ait. Siue ꝓ pace veniunt:
z apphẽdite eos viuos: ſiue
vt ꝑliet: viuos eos capite
Egreſſi ſunt ergo pueri princi
pũ ꝓuinciarũ: ac reliquus
exercitus ſequebat. ⁊ ꝑcuſ
ſit vnuſq̃ſqꝫ virũ q̃ ꝯ ſe ve-
niebat: fugerũtqꝫ ſyri ⁊ ꝑſe
cutus ẽ eos iſrł. Fugit quoqꝫ
benadab rex ſyrie in eq̃ cũ
eq̃tib⁹ ſuis. Nec nõ egreſ-
ſus rex iſrł percuſſit eq̃s ⁊
currus: ⁊ ꝑcuſſit ſyriã pla-
a ga magna nimiſ. Accedẽſ
aũt ꝓpħa ad regẽ iſrł dixit
b ei. Vade ⁊ cõfortare: ⁊ ſci
c to ⁊ vide quid facias. Se-
quenti enim anno rex ſyrie
aſcẽdet cõtra te. Serui ꝟo
d regis ſyrie dixerũt ei. Dij
e montiũ ſunt dij eoꝝ. iõ ſu-
perauerũt nos: ſed melius
eſt vt pugnemus cõtra eoſ
in cãpeſtrib⁹ ⁊ obtinebim⁹
eos. Tu ergo verbũ hoc fac.
f Amoue reges ſingulos ab
exercitu tuo ⁊ pone princi
pes ꝓ eis ⁊ inſtaura nũerũ
militũ q̃ ceciderũt de tuis:
⁊ eq̃s ſꝫm eq̃s priſtinos: et
currus ſꝫm currus q̃s ante
habuiſti ⁊ pugnabimus ꝯ
eos in campeſtribus: ⁊ vi
debis ꝙ obtinebimus eoſ
Credidit cõſilio eoꝝ: ⁊ fec̃
ita. Igit poſtq̃ ann⁹ trãſie
rat recenſuit benadab ſyri
g os: ⁊ aſcendit in aphec vt
pugnaret ꝯtra iſrł. Porro
filij iſrael recenſiti ſunt: et
acceptis cibarijs ꝓfecti ex
aduerſo: caſtraqꝫ metati ſt
h cõtra eos q̃ſi duo ꝑui gre-
ges caprarũ: ſyri aũt reple
i uerunt terrã. Et accedens
vnus vir dei dixit ad regẽ
iſrael. Hec dicit dominus
k Quia dixerũt ſyri. de⁹ mõ
tiũ ẽ dñs. ⁊ nõ ẽ deus val-
liũ: dabo oẽm multitudinẽ
hanc grandẽ in manu tua:
⁊ ſcietis q2 ego ſum dñs.
Dirigebãtqꝫ. vij. dieb⁹ ex
aduerſo hi atqꝫ illi acies ſe
ptia ãt die cõmiſſũ ẽ bellũ
Percuſſerũtqꝫ filij iſrł ꝺ ſy-
ris cẽtũ milia peditũ i die

cõceſſa vbi achab primo de bello futuro ꝑmonit. ſecũdo
victoria ei ꝑdicit ibi: Et accedens vnus vir dei. tercio ob
tenta victoria achab abutitur ibi: Dixeruntqꝫ ei ſerui ſui
Circa primũ dicitur. b ¶ Vade ⁊ confortare. accipien-
do cõſtantiã te defendẽdi in bello futuro. c ¶ Et ſcito
⁊ vi. q̃d facias. i. nõ
ſis negligens in ꝓ-
uidendo tibi ꝑ ꝑ vi-
ctoriã quã habuiſti
d ¶ Dij mõ. ſunt dij
eoꝝ. hoc dicebãt q2
templũ vbi colebat
deus in irłm erat i
monte moria: ⁊ alta
re qđ repauit hely-
as i monte carmeli
e ¶ Et iõ ſuperauerãt
nos. credebãt. n. tan
q̃ gentiles ⁊ errones
ꝙ ptãs dei iſrł ſe ex-
tenderet tm̃ in mon
tibus. f ¶ Amoue
re. ſin. ⁊c̃. i. ꝑncipes
bellatoꝝ q̃ nõ ita de
licati ſicut reges. nec
in ſtatu tam alto po
ſiti: ⁊ ſic erunt forti-
res ad pugnãduꝫ et
magis volũtarij: vt
ꝑ hoc poſſint aſcen-
dere ad altiorẽ gra-
dũ. g ¶ Et aſcẽ. in
aphec. que ẽ ciuitaſ
fortis in tribu aſer.
quã abſtulerãt ſyri
ab hebreis: ⁊ ẽ ſita i
mõte. ſꝫ añ eã ẽ pla-
nicies magna vbi de
ſcenderũt ſyri vt pu
gnarent cũ hebreis
in campeſtribus.
h ¶ Quaſi duo ꝑui
greges. quia hebrei
erant valꝺ pauci re
ſpectu ſyrioꝝ. vt ſic
victoria magis ap-
pareret ex virtute di
uina. i ¶ Et acce.
Hic ꝯñter victoria
ipi Achab ꝑmittit
cuꝫ dr̃. Et accdens
vnus vir dei. lꝫ non
noiet. dr̃ tñ a docto
ribus cõiter ꝙ fuit
micheas filius iem
la. ⁊ hoc etiã dicunt
hebrei. k ¶ Quia
dix. ſyri deus mon-
tiũ ⁊c̃. quia blaſphe
mauerunt deũ iſra-
hel attribuentes ei
potentiam limita-
tam: debellabuntur propter iſtam blaſphemiam. dicunt
etiam ꝙ cum hoc dixit eis propheta ꝙ non parceret ipſe
benadab ⁊ populo eius: ſed magis interficeret propter
blaſphemiã dei predictam. ⁊ propter hoc in hebreo po-
nit bis. Et dixit. vñ in hebreo ſic hr̃. Et accedẽs vir dei di
xit ad regem iſrł ⁊ dixit. Hoc dicit dñs ⁊c̃. q2 de mãdato
dei dixit ei ꝙ victoriã illi daret. ⁊ ꝙ ſyris deuictis nõ par-
ceret. cetera patent vſqꝫ ibi.

l Et ce.mu.ſup.xxvij.mi. volebant.n.fortificare murū ad ſe defendēdū intra ciuitatē.ſꝫ qꝛ edificiū erat antiquū ex ꝯcuſſione ⁊ dei volūtate cecidit ſup blaſphemos.
m In cu.qđ erat intra cu.i.in loco valde ſecreto. Joſephus aūt dicit ꝙ cū paucis ſibi fideliſſimis intrauit locū ſubterraneū ſecretū.cuiꝰ ingreſſus erat intra cubiculū.
n Dixerūtq ei ſerui ſui. Hic ꝯſequenter achab victoria ſibi data abutit̄ in dimiſſiōe blaſphemi: quē occidere tenebat̄ de mādato dei.
o Audiuimꝰ ꝙ reges iſrl̄ cle.ſunt. dic̄.n.ſeneca in li. đ clemētia ꝙ nullū ex oībus magꝫ decet ꝑncipē ꝙ̄ clemētia. tn̄ ſꝑ cū ea dꝫ eē iuſticia. aliter nō eēt virtuoſa. ⁊ iō in ꝓpoſito magis fuit demētia ꝑcendo blaſphemis ꝯ deū ⁊ iuſticiā.
p Si adhuc vi.fr̄ meꝰ eſt.i.volo facere pacē cū eo ⁊ ꝯfederationē.
q Qđ accepērūt viri.i.ſerui benadab.
r Pro omine. eſt āt omen ſm̄ ꝙ dicit Valeriꝰ maximus verbū ex inſperato ꝓlatū:ſꝫ ex quo ſequit̄ bonum alicuius vel aliquorū.⁊ tūc dr̄ oē illiuſ vel illoꝝ.⁊ ponit̄ exemplū de romanis querentibus locū aptū vt ibi manerēt ⁊ ciuitatē edificarēt ⁊ cū veniſſent ad locū vbi nūc ē roma: vexillarius q̄ ꝓcedebat fixit vexillū i terra.d. Stemus. qꝛ h̄ optime manebimꝰ ⁊ hoc verbū fuit acceptū ꝓ omine.
s Et feſtinā.ra.⁊c̄. tanq̄ firmiter dctm̄ ne poſſet retractare
t Atq dixerūt.fr̄ tuus benadab viuit.ac ſi.d.ſicut dixiſti ex nūc ē fedus inter te ⁊ ipm̄. v Et le.eū in cur.ſuū pacifice ⁊ honorifice recipiēs ipm̄. x Et pla.fac tibi in damaſco.i.in ciuitate mea regia fac foꝝ rerū venaliū.vt inde recipias tributū tanq̄ dn̄s in regno meo ꝑncipale dominiū. Dicit aūt ra.ſa.hic ꝙ nō habebat in aīo h̄ facere.ſed intendebat achab decipe. y Tunc vir q̄dā.poſtq̄ diuina ꝓuidentia reuocauit achab quantū in ſe fuit ſignis ⁊ victorijs mirabilibus.hic ꝯſr̄ eū reuocat cōminatoībus.⁊ ꝑ cōminat̄ ei mortē in ꝑſona ꝓꝑia. ſcđo cū hoc in vxore ⁊ ꝓle ſua ca.ſequēti.Circa primū ſciendū ꝙ propheta de mādato dn̄i voluit ꝓponere ipi achab ꝑabolā ꝑ quā ignorans ꝯ ſeipm̄ daret ſniam.ſicut nathan ꝓpoſuit ipi dd.vt h̄r.ſ.ij.li.xij.ca.⁊ iō ad ꝓponēdū ꝑ diſponit̄ ꝑ plagā ſuſceptā cū dr̄. z Dixit ad ſo.ſu.in ſer.dn̄i ꝑcu.

vna. Fugerūt aūt ſyri q̄ remanſerūt in aphec i ciuita-
l tē:⁊ cecidit murus ſup vigintiſeptē milia hoim qui remāſerant. Porro benadab fugiens ingreſſus ē ci-
m uitatē in cubiculū qđ erat
n intra cubiculū. Dixerūtq
o ei ſerui ſui. Ecce audiuimꝰ ꝙ reges domꝰ iſrl̄ clementes ſūt. Ponamꝰ itaq ſaccos in lumbis nr̄is ⁊ funiculos in capitibus nr̄is:⁊ egrediamur ad regē iſrael forſitan ſaluabit aīas nr̄as Accinxerunt ſaccis lūbos ſuos ⁊ poſuerūt funiculos i capitibꝰ ſuiſ. venerūtq ad regē iſrl̄ ⁊ dixerūt ei. Seruus tuꝰ benedab dicit. Viuat oro te aīa mea. Et ille
p ait. Si adhuc viuit fr̄ meꝰ
q
r ē. qđ acceperūt viri ꝓ omie
s ⁊ feſtināntes rapuerūt ꝟbū
t ex ore eiꝰ:atq dixerūt. Fr̄ tuꝰ benadab viuit. ⁊ dixit eis. Ite ⁊ adducite eū ad me. Egreſſus ē ḡ ad eū be-
v nadab ⁊ leuauit eū in currū ſuū. Qui dixit ei. Ciuitates quas tulit pr̄ meuſ a
x patre tuo reddā:⁊ plateas fac tibi in damaſco ſicut fecit pater meus in ſamaria. ⁊ ego federatus recedā a te. Pepigit ergo fedus: et
y dimiſit eū. Tunc vir q̄dā
z de filijs ꝓphetarū dixit ad ſociū ſuū in ſermone dn̄i:ꝑcute me. At ille noluit ꝑcu-
a tere. Cui ait. quia noluiſti audire vocem dn̄i:ecce recedes a me ⁊ ꝑcutiet te leo Cumq paululū receſſiſſet ab eo:inuenit eū leo atq ꝑcuſſit.ſed ⁊ alterū inueniēſ virum dixit ad eum. ꝑcute me. Qui ꝑcuſſit eum ⁊ vulnerauit. Abijt ergo ꝓphe-
b ta ⁊ occurrit regi in via: et mutauit aſperſione pulueris os ⁊ oculos ſuos. Cunq rex trāſiſſet:clamauit ad regē ⁊ ait. Seruꝰ tuꝰ egreſſus ē ad ꝓliandū cominus
c Cumq fugiſſet vir vnꝰ adduxit eū quidā ad me ⁊ ait
d Cuſtodi virū iſtū qui ſi lapſus fuerit erit anima tua ꝓ anima eius:aut talentū argenti appendes. Dum autem ego turbatus huc illucq me verterem: ſubito
e non comparuit. Et ait rex iſrael ad eum. Hoc eſt iudiciū tuū quod ipe decre-
f uiſti. At ille ſtatim abſterſit puluerem de facie ſua ⁊ cognouit eū rex iſrl̄ ꝙ eſſet de ꝓphetis. Qui ait ad eū
g Hec dicit dn̄s. qꝛ dimiſiſti virū dignū morte đ manu
h tua erit aīa tua ꝓ aīa eius: ⁊ ppl̄s tuus ꝓ pplō eius.
i Reuerſus ē igit̄ rex iſrael in domū ſuā:audire cōtem-
k nēs:⁊ furibūdus venit i ſamariā. Capl̄m.xxj.

me.at ille noluit.ex quodā horrore. a Cui ait. qꝛ noluiſti ⁊c̄.⁊ ꝑcutiet te leo ꝓpter pctm̄ inobediētie. qꝛ eū cognoſcebat ⁊ ſciebat eē ꝓpham dn̄i cui eſt in oībꝰ obediendū cū ſit dn̄s vite ⁊ mortis:ſanitatis ⁊ infirmitatis. Cetera patēt vſq ibi. b Et mu. aſp.⁊c̄.in hebo h̄r. Et mutauit pāno.i. inuolutiōe panni.qꝛ ligauit caput ſuū vulneratū:ſicut ſolet fieri ita tn̄ ꝙ ex illis ligaminibus facies ꝓ magna pte erat operta ne achab eū cognoſceret ⁊ ſic ad ꝑabolā ꝓpoſitā rn̄deret:ſicut vni de pplō qui ꝓpha nō nō eēt.
c Cumq fugiſ. ⁊c̄. adduxit eū.ſ. captū
d Cuſtodi vi.iſtū. ſub pacto qđ ſequit̄ in lr̄a.⁊ ſubintelligit̄.⁊ ſic recepi eū.
e Et ait rex iſrl̄ ad eū. hoc ⁊c̄. ignorās ꝙ ꝓ ipo diceret. vbi etiā cōſiderandū ꝙ iſta ꝑabola vera eſt in ſenſu ꝓ quo ꝓponit̄.ſ. ꝓ achab ⁊ benadab. ſic ⁊ ꝑabola ioathan filij hierobaal q̄ h̄r Judi. ix. Dixeruntq oīa lig. ad rānū. Venit im pera ſup nos. de ſichimitis ⁊ Abimelech. put ibidē plenius fuit dictū. In hoc.n. cōſiſtit veritas ꝑabole ꝙ ſit vera in ſenſu ꝓ q̄ ponit̄.
f At il.ſta.⁊c̄ in hebreo h̄r.⁊ amouit pannū ſeu ligamentū de facie ſua. vt cognitus a regē ꝑabolā ad ꝓpoſitū applicaret.d. g Quia dimi. vi.di. morte. ꝓpt̄ dei blaſphemiā:⁊ eiꝰ ſniam ꝯ Benadab tibi denunciatā vt eā exequereris. h Erit aīa tua.i.morieris. iſte.n.fuit idē ꝓpheta q̄ denūciauerat ſibi dei victoriā ⁊ dei ſniam de benadab.
i Reuerſus ē igr̄ ⁊c̄.audire cōtēnēs tāq obſtinatꝰ i malicia ſua. k Furibūdꝰ. dicit ioſephus ꝙ incarcerauit ꝓpham. In ca.xx.vbi dr̄ in poſtil. Poſtq diuina ꝓuidētia quantū in ſe fuit achab a ſua malicia reuocauit celeſtibus ſignis ⁊c̄.

Additio.

I diuina ꝓuidētia quātū in ſe fuit reuocaſſet achab a ſua malicia: vt dr̄ in poſtil:indubie fuiſſent reuocatus. Nā vt eccia cātat diuina ꝓuidētia i ſua diſpōne nō fallit̄. vn̄ meliꝰ dicet̄ ꝙ diuina ꝓuidētia fec̄ ſupnālia ſig̃ ſufficiētia ad reuocatōꝫ achab ſi ipe n̄ fuiſſꝫ obſtiatꝰ.

In ca.xx. vbi poſtil.ꝯtinuādo dic̄ ꝙ ꝓui- Replica. dētia diuina[:] quātū i ſe fuit achab i ſua malicia reuocauit celeſtibꝰ ſignis. Bur.nitit̄ eū cape in ſermōe qꝛ dixit quātū in ſe fuit volens ꝙ per hoc circumloquat̄

voluntatē dei beneplacita. ⁊ ita achab fuiſſet cōuerſus. q2 illa voluntas ſp efficax eſt. ꝫ bur. noluit aduertere naturā terminoꝝ theologicaliū ꝙ volūtas ſigni ꝑcipiendo ꝯſulendo ⁊c. pōt facere qꝺ in ſe ēſt: ſicut volūtas bn̄placiti. ⁊ ita vere dr̄ deus quātū ē in ſe vult oēs hoies ſaluos fieri. ſed defectus ē ex pte hoīm nō dei: ꝙ nō oēs hoies ſalui fiant. Hec igitur burg. obiectio potius eſt pueriliter temptatiua: ꝙ veritatꝭ inquiſitiua. quē modū valde rep̄hendit .b. Hiero. ⁊ beatus aug. de doctria xp̄iana.

¶ Ca. xxj.

P Oſt verba. b ꝑ̄ſr addit ſecūda cōminatio facta ipſi achab de morte eius vxoris ⁊ plis circa quā ſic ꝓcedit q2 p̄ ponitur ipius achab noua ꝑuaricatio. ſecūdo ponit pene comminatio ibi. Fact⁹ e igit. tercio executio ſeu inflictio. ca. xxij. Noua preuaricatio ipius achab fuit: q2 poſtꝙ mltiplicíter deū offenderat per idolatriā innocentē occidit pp hereditatis ſue ꝯcupiam. et ptꝫ lr̄a vſq3 ibi. b Propitius ſit ⁊c. ꝓ ꝑcio vel hereditate alia. terra. n. iſrl̄ proprie erat ipius dei. ꝓpter qꝺ n̄ poterat ſimpliciter vendi: ꝫ ſolū vſq3 ad iubileū ſicut hr̄ Leuit. xxv. ⁊ iō nec illud cōcedebať in lege niſi in neceſſitate. naboth aūt erat diues. propter qꝺ nō erat cōpulſus hereditatē ſuam vendere. Rex etiā volebat eā ad ꝑpetuū hr̄e. c ¶ Et ꝓiiciēs ſe ⁊c. ex idignatōe ⁊ impatiētia ex hoc ptꝫ ꝙ rex nō poťat accipe agros ſubditoꝝ ſuoꝝ ꝓ voluntate ſua. d Grandis auctoritatis es. ironice loq̄bať: q. d. ex regia poteſtate poſſes eā de facili habere.

e ¶ Scripſit itaq3 ⁊c. ſignauit eas anulo eius. q2 antiquitus in anulis ꝑncipū erat imp̄ſſio ad lr̄as ſignādū. ⁊ ex hoc ptꝫ ꝙ iſte lr̄e de morte naboth fuerunt facte ⁊ miſſe de eius ſcitu ⁊ voluntate. f ¶ Predicate ieiuniū. hoc ei faciebāt iudei qn̄ iudiciū de aliquo magno ſcelere debebat fieri. g ¶ Et ſede. fa. naboth ⁊c. tum q2 erat de maioribus ciuitatis. tū vt nō viderenť querere eius mortē: ſed honorē. h ¶ Benedixit. i. maledixit. ſic Job. ij. Bn̄dic deo ⁊ morere. ꝓpter honorē. n. maledictōis eā ſignabant iudei nomine cōtrario. i ¶ Deū ⁊ regē. ⁊ ſic accuſabať d̄ dei blaſphemia et de crimine leſe maieſtatis: ⁊ vtriq3 debebať pena mortis cetera patēt vſq3 ibi

a P Oſt verba āt hec tpe illo viea erat naboth iezrahelite q̄ erat i iezrahel iuxta palaciū achab regis ſamarie. Locutus ē ergo achab ad naboth dicens. Da mihi vineā tuā vt faciā mihi ortū olerꝫ: q2 vicina ē ⁊ ꝓpe domū meā. Daboq3 tibi ꝓ ea vineam meliorē. aut ſi cōmodi⁹ tibi putas argeti ꝑciū quātū digna ē. Cui rn̄dit naboth b Propitius ſit mihi dominus ne dem hereditatē patrū meoꝝ tibi. Venit ergo achab in domū ſuam indignans ⁊ frendēs ſup ꝟbo qꝺ locutus fuerat ad eum naboth iezrahelites dicēſ nō dabo tibi hereditatem c patrū meoꝝ. Et ꝓiiciēs ſe in lectulū ſuū auertit faciē ſuā ad parietē ⁊ nō comedit panē. Ingreſſa ē āt ad eū iezabel vxor ſua dixitq3 ei. Quid ē h ⁊ vn̄ anīa tua cōtriſtata ē ⁊ quare nō comedis panē. Qui rn̄dit ei. Locut⁹ ſum naboth iezahelite ⁊ dixi ei. Da mihi vineā tuam accepta pecunia aut ſi tibi placet: dabi tibi vineā meliorē ꝓ ea. Et ille ait. Nō dabo tibi vineam meā. Dixit ḡ ad eū iezabel d vxor eius. Grandis auctoritatis es ⁊ bn̄ regis regnū iſrl̄. Surge ⁊ comede panē ⁊ equo aīo eſto. Ego dabo tibi vineā naboth iezrahe e lite. Scripſit itaq3 lr̄as ex noīe achab. ⁊ ſignauit eas anulo eius ⁊ miſit ad maiores natu et optimates q̄ erāt in ciuitate eius ⁊ hitabant cū naboth. Lr̄arū āt f h̄ erat ſnīa. Predicate ie g iuniū: ⁊ ſedere facite Naboth inter primos ppl̄i. et ſubmittite duos viros filios belial ꝯ eū: ⁊ falſum te h ſtimoniū dicāt: bn̄dixit na i both deum ⁊ regē: ⁊ educite eū ⁊ lapidate ſicq3 moriatur. Fecerunt ergo ciues eius maiores natu ⁊ optiates q̄ hītabāt cū eo in vrbe ſicut ꝑcepat eis iezabel. et ſicut ſcriptū erat in lr̄is q̄s miſerat ad eos. Predicauerūt aūt ieiuniū ⁊ ſedere fecerūt naboth inter prios ppl̄i. ⁊ adductis duob⁹ viris filiis diaboli fecerunt eos ſedere ꝯ eū. At illi. ſcꝫ vt viri diabolici dixerunt ꝯtra eū teſtimoniū coram multitudie. Bn̄dixit na k both deū ⁊ regē. Quobrē eduxerť eū extra ciuitatē ⁊ lapidib⁹ intfecerūt. miſerť q3 ad iezabel dicētes: lapidatus ē naboth ⁊ mortu⁹ ē Fcm̄ ē āt cū audiſſet iezabel lapidatū naboth ⁊ mortuū locuta ē ad achab. ſurge poſſiꝺ vineā naboth iezrahelite q̄ noluit tibi acq̄eſceret dare eā accepta pecunia. nō. n. viuit naboth: ſ mortus ē. qꝺ cū audiſſet achab mortuū vicꝫ naboth l ſurrexit ⁊ deſcendebat i vineā naboth iezrahelite: vt m poſſideret eā. Factus ē igr̄ ſermo dn̄i ad helyā theſbitem dicēs. Surge deſcende in occurſum achab regꝭ iſrael qui eſt in ſamaria. ecce ad vineam naboth deſcendit vt poſſideat eā. Et loqueris ad eum dicens. Hec dicit dominus deus n o Occidiſti inſup ⁊ poſſediſti. ⁊ poſt hec addes. Hec

k ¶ Quobrē eduxerūt eū extra ciuitatē tanq3 indignū mori i ciuitate. cetera patent vſq3 ibi. ¶ l Surrexit ⁊ deſcendebat ⁊c. hic eſt duplex opinio hebreorū. Aliqui dicunt ꝙ ꝓ criminib⁹ impoſitis ipī naboth: bona eius omia erant cōfiſcata hūano iudicio. ⁊ iō rex deſcēdebat ad poſſidēdū tanq3 ſibi acquiſita Alij dicunt ꝙ Naboth fuit fr̄ patris achab. ⁊ ꝙ ꝓ criminib⁹ ſibi ipoſitis nō ſolū fuit ipē lapidatus ꝫ ⁊ filij eius cū eo. ſicut ⁊ de Achor dr̄. Judi. vij. Et iꝺo Achab eius nepos deſcēdit ad poſſidēdū tanq3 heres. q2 n̄ remāſerat alius ꝓpinquior. ⁊ huic dcō cōcordat qꝺ dr̄. ī. iiij. li. ca. ix. Si n̄ ꝓ ſanguine naboth ⁊ pro ſanguine filioꝝ ei⁹: quem vidi heri ait dn̄s reddam tibi in agro iſto. m ¶ Factus ē igiť. h poſt ꝑuaricatiōem achab deſcribiť pene cōſequentis cōminatio eum dr̄. n ¶ Occidiſti. quia ſicut dictum eſt. et ptꝫ ex hoc loco ꝙ lītere mortis naboth de ſcitu ⁊ voluntate Achab facte fuerūt ⁊ miſſe. o ¶ Inſup ⁊ poſſediſti. valde inique.

p ¶ Hec dicit dn̄s i loco hoc ⁊c. Dicūt aliqui ꝙ ſi accipiať ſanguis achab in ꝓpria pſona: tūc li in hoc loco non deſignat locum ſignatum ſed regionē. quia ſicut dicitur ca. ſequēti. Currus vbi fluxerat ſanguis achab lotus fuit in piſcina ſamarie. ⁊ ibi linxerunt canes ſanguinē ſic ablutum. ſi aūt accipiať ſanguis achab in pſona filij ſui. cui⁹

ſanguis erat quodãmõ ſanguis pr̃is: ſic ly: hoc loco: ſi-
gnat locũ determiatũ vbi lapidatus fuit naboth: ꝑut pꝫ
li. iiij. ca. ix. Ha. ſa. d. ꝙ de ſanguine naboth in pſona pro
pria intelligit. ꝙ in eodẽ loco canes linxerunt ſanguinez
achab vbi prius lambuerẽt ſanguinẽ naboth. qualiter aũt
iſtud poſſit intelligi
videbit ca. ſequẽti.
q ¶ Num inueniſti
me inimicũ tibi. ita
eſt in hebreo ⁊ in li-
bris correctis. ⁊ eſt
ſenſus: nunq̃d inue
niſtis me talẽ ꝙ de-
beres mihi inimica
ri. r ¶ Qui dixit i-
ueni. eo ꝙ es inimi-
cus dei cuiꝰ ſum ſer
uus. vñ ſubdit. s
¶ Eo ꝙ venũdatꝰ ſis
⁊c. ſicut. n. res vẽdi-
ta tranſit i dominiũ
⁊ poſſeſſionẽ emen
tis ſic achab videba
tur totaliter ſubdi-
tus incolis ⁊ ſerui-
ens eis. t ¶ Et de-
metã poſteriora tua
⁊c. exponat ſicut. ſ.
de Hieroboã ⁊ ba-
aſa. v ¶ Et pec. fe-
cit iſrael. nõ ſolum
in cultu vitulorꝫ: ſic
alij reges ꝑcedẽtes.
ſ etiã in cultu baal.
a ¶ Canes comedẽt
iezabel. hoc fuit im
pletũ tpe iehu. vt hʒ
infra. iiij. li. ix. ca.
b ¶ Igit nõ fuit alt
⁊c. ſ. in regibus ipm
ꝑcedentibꝰ qꝛ intro
duxit cultũ Baal i
regnũ ſuũ ad incita
mentũ vxoris ſue.
ſicut. ſ. dcm̃ ẽ. c. xvj
⁊ hic repetitur. ¶ c
Itaqꝫ cũ au. achab
ſer. iſtos. ſ. Helye d
morte ſua ⁊ poſteri
tatis ſue. d ¶ Sci
dit ve. ſuam ⁊c. in ſi
gnũ pnie ⁊ humilia
tionis corã deo. iſta
tñ pnia fuit timore
pene. vt cõiter dicit
nec obſtat qđ ſubdi
tur ꝙ ꝓpter eã dilata ẽ
deletio domus ſue.
qꝛ talis pnia lꝫ non
ſit meritoria gratie
⁊ euaſiõis pene eter
ne: tñ bene ẽ merito
ria aliqñ dilationis
pene tpalis. Alij ãt
dicũt ꝙ fuit vera pnia: ſ ad horã. qꝛ nõ ꝑmanſit in ea. ſed
magis reuerſus fuit ad mala ꝑterita. e ¶ Nõ inducam
malũ. ſ. deletõis domus ſue in diebus ſuis: ſ in diebꝰ fi-
lij ſui. vt hʒ infra. iiij. li. ca. x. ¶ Caplm. xxij.

Tranſierũt igit. deſcripta cõminatõe pene ipius
t achab. ſ cõſr ponit eius inflictio ꝗtum ad pſonaz
achab. ⁊ p̃ deſcribit eius occiſio. ſcđo ioſaphat re-
gis inde cõditio ibi: Ioſaphat vo. Circa pmũ ſciẽdũ ꝙ

dicit dñs. In loco hoc i q̃
linxerũt canes ſanguinem
naboth. lãbẽt qꝫ ſanguinẽ
tuũ. Et ait achab ad heliã
q Num inueniſti me inimicũ
r
s tibi. Qui dixit. Inueni eo
ꝙ venũdatꝰ ſis vt faceres
malũ in cõſpectu dñi. Hec
dicit dñs. Ecce ego indu-
t cã ſup te malũ: ⁊ demetam
poſteriora tua ⁊ interficiã
de achab mingentẽ ad pa-
rietẽ ⁊ clauſum ⁊ vltimũ i
iſrl. ⁊ dabo domũ tuaꝫ ſic
domũ hieroboam filij na-
bath. ⁊ ſicut domuꝫ baaſa
filij abia. qꝛ egiſti vt me ad
v iracũdiã ꝓuocares: ⁊ pec-
care feciſti iſrl. ſ ⁊ de ieza-
bel locutus ẽ dñs dicens.
a Canes comedẽt iezabel in
agro iezrahel. Si mortuꝰ
fuerit achab in ciuitate: co
medẽt eũ canes. ſi ãt mor-
tuꝰ fuerit in agro comedẽt
b eũ volucres celi. Igr̃ non
fuit alter tal ſicut achab q̃
venũdatus ẽ vt facẽt ma-
lũ in cõſpectu dñi. Cõcita-
uit. n. eũ iezabel vxor ſua:
⁊ abhoiabil factꝰ ẽ intãtuꝫ
vt ſeq̃ret idola q̃ fecerant
amorrei q̃s ↄſumpſit dñs
c a facie filiorꝫ iſrl. Itaqꝫ cuꝫ
audiſſet achas ſermones
d iſtos ſcidit veſtimẽta ſua ⁊
operuit cilicio carnẽ ſuaꝫ:
ieiunauitqꝫ ⁊ dormiuit i ſac
co: ⁊ ãbulauit demiſſo ca-
pite. Et factꝰ eſt ſermo dñi
ad helyã theſbitẽ dicens.
Nõne vidiſti humiliatum
achab corã me. Quia igit
humiliatus eſt mei cauſa:
e nõ inducã malũ in diebus
eius: ſ in diebꝰ filij ſui in-

achab fuit occiſus in bello qđ mouit ↄ regẽ ſyrie. ⁊ ibo p̃
deſcribit belli tractatus. ſcđo cõgreſſus ibi: Aſcẽdit itaqꝫ
In tractatu vo belli p̃ requirit auxiliũ. ſcđo conſiliũ ibi:
Dixitqꝫ ioſaphat. Circa pmũ dr. a ¶ Tranſierũt igit
tres ãni. ſ. a tpe q̃ achab dimiſit abire benadab. vt dcm̃ ẽ
. ſ. xx. ca. ita ꝙ lapi-
datio Naboth fuit
media inter illã di-
miſſionẽ. ⁊ iſtõ bel-
lũ. in anno autẽ ter-
cio deſcendit Ioſa-
phat rex iuda ad re
gem iſrl ad vidẽdũ
eũ: qꝛ erant cõfede-
rati adinuicẽ. ⁊ filiꝰ
ioſaphat habebat fi
liam achab vxorẽ.
b ¶ Ignoratis ꝙ no.
⁊c. q. d. non debetis
ignorare. erat. n. ci-
uitas ſacerdotalis:
⁊ refugij. vt hʒ deu-
tro. iiij. ⁊ Ioſue. xx.
ſ reges ſyrie abſtu-
rant eã a filijs iſrael
⁊ iõ achab volebat
eã recupare: ⁊ ait io
ſaphat reḋrẽdo eiꝰ
auxiliũ q̃ ei cõceſſit
dicens. c ¶ Sicut
ego ſum ita et tu. i.
vnũ ſumus. ad hoc
ꝙ vnus ꝓſequat ne
gocia alteriꝰ ⁊ econ-
uerſo. d ¶ Dixitqꝫ
ioſaphat. h cõſr que
rit ↄſiliuꝫ. ioſaphat
. n. q̃ erat fidelis cõ-
ſiderans picula bel
li volebat ſup hoc
audire verbũ dñi. ſ
achab infidelis vo-
cauit ꝓphetas baal:
q̃ ꝓphetabãt ſpiritu
maligno. e ¶ Qui
rñderũt: aſcende: et
dabit eaꝫ do. in ma.
re. iſta ꝓpõ erat du-
bia hñs duplicẽ in-
tellectũ ſicut ⁊ iſta.
Aio te eacida: ro-
manos vincere poſ
ſe. q̃ fuit rñſio dmo
nis in idolo. p quaꝫ
poterat intelligi ꝙ
iſte viceret romãos
vel econuerſo ꝙ ro
mani vincerẽt eaci-
dã. ille igr̃ accipiẽs
i ſenſu q̃ videbat ꝓ
ſe pugnauit ↄ roma
nos ⁊ fuit deuictus
ſcđm intellectum de-
monis. ⁊ ſic fuit in
ꝓpoſito. f ¶ Dabit eã in manu regiſ. poterat intelligi d
rege ſyrie vel rege iſrl. ꝓphete aũt baal ⁊ achab accepert
eam in ſenſu falſo. g ¶ Non eſt hic ꝓpheta dñi. qꝛ ioſa-
phat abhorrebat ꝓphetas Baal.
h ¶ Remanſit vir vnus per quẽ poſſumꝰ ⁊c. ſed ego odi
eum: eo ꝙ ſibi dixerat. Erit anima tua pro anima eius.
vt habet ſupra. xx. ca. cetera patent vſqꝫ ibi.
i ¶ Fecit qꝫ ſibi ſedechias filius chanaã cornua ferrea ⁊

ferã malũ domui eius.
a Tranſierũt igr̃ xxij.
t tres anni abſqꝫ bello
int ſyriã ⁊ iſrl. In an-
no aũt tercio deſcẽdit ioſa
phat rex iuda ad regẽ iſrl.
Dixitqꝫ rex iſrl ad ſeruos
b ſuos. Ignoratis ꝙ nr̃a ſit
ramoth galaad ⁊ negligi-
mus tollere eã de manu re
gis ſyrie. ⁊ ait ad ioſaphat
Venies ne mecũ ad ꝑliã
dũ in ramoth galaad. Di-
xitqꝫ ioſaphat ad regẽ iſrl.
c Sicut ego ſum ita ⁊ tu: po
pulus meꝰ ⁊ ppls tuꝰ vnũ
ſt: ⁊ equites mei eq̃tes tui
d Dixitqꝫ ioſaphat ad regeꝫ
iſrael. Quere oro te hodie
ſermonẽ dñi. Cõgregauit
ḡ rex iſrl ꝓphas q̃dringen-
tos circiter viros: ⁊ ait ad
eos. Ire debeo in ramoth
galaad ad bellãdũ an q̃e-
e
f ſcere: Qui rñdert. Aſcẽde
⁊ dabit eã dñs in manu re
gis. Dixit aũt Ioſaphat.
g Nõ ẽ hic ꝓpha dñi q̃ſpiaꝫ
vt iterrogemꝰ p eũ. Et ait
h rex iſrael ad ioſaphat. Re
manſit vir vnus p quẽ poſ
ſumus intrrogare dñm: ſed
ego odi euꝫ. qꝛ nõ ꝓphetat
mihi bonũ ſ malũ: Miche
as filiꝰ iemla. cui ioſaphat
ait. Ne loq̃ris ita rex. Vo
cauit ergo rex iſrael eunu-
chũ quendã ⁊ dixit ei. Fe-
ſtina adducere micheã fili
um iẽla. Rex ãt iſrl ⁊ ioſa-
phat rex iuda ſedbãt vnuſ
q̃ſqꝫ i ſolio ſuo veſtiti cultu
regio i area iuxta oſtiũ por
te ſamarie: ⁊ vniuerſi ꝓphe
i ꝓphabãt i ↄſpcũ eorꝫ. Fe-
cit quoqꝫ ſibi ſedechias fi-

ait. Hec dicit dñs ⁊c̃. ſicut .n. ꝓphe dñi aliqñ ꝓphetabant nõ ſolũ verbis ſʒ etiã ſenſualib⁹ ſignis. ⁊ ſicut hieremias poſuit cathenas in collo ſuo. vt hr̃ Hiere. xxviij. ca. c. ſic etiã falſi ꝓphete vt magis eis crederet. cetera patẽt vſqȝ ibi. a ¶ Aſcende ⁊ vade ꝓſpere. hoc nõ dixit aſſertiue: ſʒ magis negatiue vel optatiue. vt ſit ſenſus vtinã ſic poſſes ire. ⁊ hoc ꝑ ſigna ꝑcepit achab. ꝓpt̃ qđ adiurauit ꝓphaȝ vt diceret clare veritatẽ. ⁊ tũc dixit. ¶ b Vidi cũct. iſrl̃ diſp. .i. fugientẽ de ꝑlio. qꝛ ſicut veniũt ad ꝑliũ vnite: ita fugiũt diſꝑſe. c ¶ Quaſi oueſ nõ ha. paſtorẽ .i. ducẽ. ⁊ ꝑ hoc deſignabat ipſius regis achab mortem. ¶ d Reuertat̃ vnuſq. ⁊c̃ ꝑ hoc oñdit ꝓpha ꝙ ſolus achab erat in hoc ꝑlio moriturus ſʒ ꝯvr̃ eẽ ꝓphetia michee. qꝛ dixit. .ſ. xx. qꝛ dimiſiſti virũ dignũ morte đ manu tua: erit aĩa tua pro aĩa eius. ⁊ ppl̃s tu⁹ ꝓ ppl̃o eiuſ. ad hoc põt dici ꝙ ibi deſignauit tm̃ mortem achab. ⁊ ꝓpter h̃ dixit. erit aĩa tua. non aũt hoc dixit de populo erũt aĩe populi tui ⁊c̃. ⁊ ſic deſignauit tm̃ ppl̃i fugã. alr̃ ſoluit ra. ſa. d. ꝙ ſanguis Michee iuſti exiens de capite ei⁹ qñ vulneratus fuit a ſocio ſuo i ſermone dñi. vt hr̃. .ſ. xx. c. expiauit mortẽ cõminatã ppl̃o nõ ãt ipi achab. e ¶ Nũquid ñ dixit tibi. q. .d. iſte falſo ꝓphetat mihi malũ ex odio. ⁊ iõ ꝓpheta declarauit modũ deceptionis achab dicens. f ¶ Vidi dñm ſuper ſoliũ excelſum ſedẽtẽ. in ſil̃itudine ipm repñtante ⁊ hoc exterius formata. vel interius in imaginatõe ꝓphete. intellexit tñ quid talis ſil̃itudo ſignaret. et alie que cõiter ponunt̃. g ¶ Et oẽm exer. celi. .i. multitudinẽ angelorũ. h ¶ A dextris. q̃ſtũ ad bonos angelos. i ¶ Et a ſini. q̃ſtũ ad malos. q̃ dicunt̃ deo aſſiſtere. eo ꝙ in pluribus ſunt executores diuine iuſticie. vñ Job. ij. dicit̃ Cũ veniſſent filij dei ⁊ ſtarent corã dño affuit inter eos et ſathan. k ¶ Et ait dñs q̃s decipiet achab ⁊c̃. ꝑ hoc ⁊ ꝑ il lud qđ dr̃. .j. Et dixit dñs deci. ⁊ ꝑua. ⁊c̃. nõ ẽ intelligẽdũ ꝙ falſitas ſiue falſum reuelet̃ a deo: vel de ei⁹ mandato: cũ ſit veritas ꝑ eẽntiã. ſʒ ꝑ hoc intelligit̃ ꝑmiſſio diuia. q̃a iuſto iudicio deus ꝑmittit malos hoĩes decipi a demonibus q̃ ñ hñt ꝑtãtẽ aliquid faciẽdi niſi quãtũ ſibi ꝑmittit. l ¶ Egreſſus ẽ aũt ſpũs. .ſ. malus. iõ ſubdit̃. m ¶ Ero ſpũs mẽ. ⁊c̃. ⁊ ex hoc ptȝ falſitas dicti ra. ſa. q̃ dixit hunc fuiſſe ſpm̃ naboth defuncti: qꝛ naboth fuit iuſt⁹ ⁊ ꝑ ꝯñs ſpiritus eius erat in ꝑte iuſtoꝝ. Preterea aĩe ꝑfectoꝝ nõ loquunt̃ in ꝓphis falſiſ. ſʒ angeli mali qñ a deo permittunt̃. n ¶ Percuſſit micheã. volẽs oñdere ꝙ eẽt falſus ꝓpheta. tũ qꝛ man⁹ ſua nõ aruit ſic manus hieroboã extẽſa ꝯ ꝓpham dñi. vt hr̃. .ſ. xiij. ca. tũ quia ſm̃ apparentiã micheas videbat̃ loq̃ ꝯ dictum helye qui erat maior ꝓpha. qꝛ dixerat in hoc loco in quo linxerũt canes ſanguineȝ Naboth: lãbẽt ſanguinẽ achab q̃ locus ẽ iuxta iezrabel. Micheas autẽ dicebat eũ interficiendũ in ramoth galaad. ⁊ iõ ex hoc ꝯñter arguebat ſedechias ꝙ nec helye nec Michee erat credendũ: eo ꝙ dicta eoꝝ diſcrepabant. o ¶ Viſur⁹ es ⁊c̃. dicũt aliq̃ ꝙ h̃ fuit qñ iehu interfecit ꝓphetas baal. vt hr̃. .j. iiij. li. x. c. Alij aũt dicũt ⁊ melius vt vr̃ ꝙ fuit i regreſſu de ramoth galaad. qꝛ tũc fili⁹ achab ⁊ ꝑncipes querebãt ſedechiã ad interficiendũ eo ꝙ iuerãt de eius conſilio i ramoth galaad ad ꝑliandum. p ¶ Tollite mich. et ma. apud ãmon ꝑnci. ciuitatis. .i. ꝑpoſitum regis. q ¶ Mittite virum iſtum in carcerem. ex hoc ptȝ obſtinatio achab in malo. r ¶ Et ait: audite populis oẽs. Adhuc eñ volebat loqui ꝓpha: ſʒ fuit amotus ⁊ ductus ad carcerem. s ¶ Aſcendit itaqȝ. Hic cõſequenter deſcribit̃ belli cõgreſſus cum dicitur. t ¶ Sume arma tua: ⁊ ingredere ꝑlium: ⁊ induere veſtibus tuis. Sic eſt in libris correctis. ⁊ cõcordat lr̃a hebraica que talis eſt. Immuteris ⁊ vade ad ꝑliũ. ⁊ tu indue veſtimẽta tua. que ſic exponit̃ Immuteris. .ſ. amouendo veſtem cõem ⁊ accipiendo arma bellica: ⁊ tu induere veſtimenta tua. .i. inſignia regalia: que ſoles portare ad prelia. v ¶ Porro rex iſrl̃ mutauit habitum. .i. non accepit inſignia regalia. Dicunt aliqui ꝙ hoc fecit ad honorandum ioſaphat qui venerat cum eo in eius adiutoriuȝ. ⁊ idem

lius chanaã cornua ferrea
⁊ ait. Hec dicit dñs. His
ventilabis ſyriã donec de-
leas eã. Oẽſqȝ ꝓphe ſil̃r ꝓ-
phetabãt dicẽtes. Aſcen-
de in ramoth galaad: ⁊ va
de ꝓſpe ⁊ tradet dñs i ma
nu regis. Nũcius ṽo q̃ ie-
rat vt vocaret micheã lo-
cutus ẽ ad eũ. d. Ecce ſer-
mones ꝓpharũ ore vno re
gi bona ꝑdicant. Sit ergo
ſermo tuus ſil̃is eoꝝ: ⁊ lo-
quere bona. Cui micheas
ait. Viuit dñs: qꝛ qđcũqȝ
dixerit mihi dñs hoc loq̃r
Venit itaqȝ ad regẽ: ⁊ ait
illi rex. Michea: ire debe-
mus in ramoth galaad ꝑ-
liandũ: an ceſſare. Cui ille
a rñdit. Aſcẽde ⁊ vade ꝓſpe
⁊ tradet dñs in manu reg.
Dixit aũt rex ad eũ. Iterũ
atqȝ iterũ adiuro te vt non
loquaris mihi niſi qđ vex
eſt in noĩe dñi. Et ille ait.
b Vidi cunctũ iſrael diſꝑſũ
c in mõtibus q̃ſi oues nõ ha
bẽtes paſtorẽ. Et ait dñs.
d Nõ hñt iſti dñm: reuertat̃
vnuſq̃ſqȝ in domũ ſuã i pa
ce. Dixit ergo rex iſrl̃ ad io
e ſaphat. Nunq̃d nõ dixi ti
bi qꝛ nõ ꝓphetat mihi bo-
nũ: ſʒ ſꝑ malũ. Ille ṽo ad-
dens ait. Propter hoc au
f di ſermonẽ dñi. Vidi do-
minũ ſedentẽ ſuꝑ ſoliũ ſuũ
g ⁊ oẽm exercitũ celi aſſiſtẽtẽ
h
i ei a dextris ⁊ a ſiniſtris. et
k ait dñs. Quis decipiat a-
chab regẽ iſrael vt aſcẽdat
⁊ cadat in ramoth galaad.
Et dixit vnus verba huiu
l ſcemodi. ⁊ ali⁹ alit̃. Egreſ-
ſus eſt aũt ſpũs ⁊ ſtetit co-
rã dño ⁊ ait. Ego decipiaȝ
illũ. Cui locutus eſt dñs.
In quo. Et ille ait. Egre-
m diar ⁊ ero ſpũs mendax in
ore oĩm ꝓphetarũ eius. Et
dixit dñs. Decipies ⁊ pre
ualebis egredẽ et fac ita.
Nunc igit̃ ecce dedit dñs
ſpm̃ mendacij in ore oĩm
ꝓphetarũ tuoꝝ q̃ hic ſunt:
⁊ dñs locut⁹ eſt ꝯtra te ma
lũ. Acceſſit aũt ſedechias
n filius chanaã ⁊ ꝑcuſſit mi-
cheã in maxillam ⁊ dixit.
Me ne ergo dimiſit ſpũs
dñi: ⁊ locutus eſt tibi. Et
o ait micheas. Viſurus es i
die illa qñ ingredieris cu-
biculũ intra cubiculum vt
abſcõderis. Et ait rex iſrl̃.
p Tollite micheaȝ ⁊ maneat
apđ ãmon principẽ ciuita-
tis: ⁊ apud ioas filiũ ama
lech ⁊ dicite eiſ. Hec dicit
q rex. Mittite virũ iſtũ i car
cerẽ: ⁊ ſuſtentate euȝ pane
tribulatõis ⁊ aqua angu-
ſtie donec reuertar in pace
Dixitqȝ Micheas. Si re-
uerſus fueris in pace nõ ẽ
r locutuſ in me dñs. Et ait.
s Audite ppl̃i oẽs. Aſcẽdit
itaqȝ rex iſrl̃ ⁊ ioſaphat rex
iuda i ramoth galaad. Di
xit itaqȝ rex iſrl̃ ad ioſaphat
t Sume arma ⁊ ingredere ꝑ
liũ: ⁊ induere veſtibus tu-
v is. Porro rex iſrael muta-

volebat ſibi attribuere ꝑncipalitatē belli. Alij aūt dicūt ꝙ lꝫ hoc videat̄ ſm apparentiā lr̄e.tū intendebat aliud.ſ. ꝙ pondus belli verteret̄ ſup ioſaphat. Rex aūt ſyrie ꝛc. ſequit̄. a ❡ Nō pu.ꝯ mi.ꝛc. Nō aūt hꝰ ꝑcepti fuit.vt dic̄ ra.ſa.qꝛ exploratores regis ſyrie erāt pn̄tes lꝫ occulte: qn̄ micheas dixit ſolū achab moriturū in illo ꝑlio.ꝛ cū retuliſſēt hoc regi ſyrie: dedit hoc ꝓceptum qꝛ alſ ꝓbauerat veritatē verboꝝ ꝓphe ꝓpter qđ volebat ſe eis cōformare. b ❡ Et exclamauit ioſa phat: inuocādo diuinū auxiliū: ꝛ eleuando ſuū vexillū ſicut ſolet fieri in talibus.ꝛ ꝑ hoc intellexerūt ꝑncipes regis ſyrie ꝙ eſſet rex iuda. c ❡ In incertū ſagittā dirigens. qꝛ mittebat ſagittā ꝯ multitudinē.nō ꝯ aliquā determinatā ꝑſonā. d ❡ Et a ca.ꝑcuſ.re.iſrl̄.iſta ꝑcuſſio lꝫ fuerit caſualis ex ꝑte ſagittātiſ q̄ n̄ dirigebat ſagittā ex intentōe ad regē iſrl̄:nō tū̄ fuit caſualiſ ex ꝑte dei qui hoc ꝓordinauerat. e ❡ Inter pulmonē ꝛ ſtomachū. ij.paꝛ. xviij.dr̄. Inter ceruicem ꝛ ſcapulas: ꝛ vtrunqꝫ fuit verum qꝛ ſagitta a ꝑte anteriori intrauit ꝓpe pulmonē. ꝛ in parte oppoſita exijt ſupius verſus ſcapulas.qꝛ ille ſagitta ꝓtēdebat ſe inaltādo quia iſte ſagittator erat de peditibus: ꝛ rex iſrl̄ pugnabat in alto ſtans in curru ſuo. In hebreo hr̄. Inter ſquamas ꝛ loricaꝫ. hēbāt.n. ſup loricā armaturā de lamibus ferreis ad modū ſquamarū factis ꝛ vna fuit eleuata ſeu amota a loco ſuo.ꝛ ſic ſagitta inuenit ibi loca inuitate ꝛ armis nudata: vel foramina lorice diſcoopta.ꝛ ſic facilꝰ intrauit ꝛ ꝑforauit regē mō ꝑdicto.ꝛ ſic trāſlatio nr̄a nō diſcordat ab hebreo i ſnia: ſed nr̄a deſignat ꝑcuſſionē in corpe.lr̄a vō hebraica in armis. f ❡ Eijce me de exercitu. nō ſimpl'r ſꝫ de ꝑma acie in qua erat vt eēt in alia poſteriore: in qua nō ſic impugnaret̄.ꝛ poſſet magis occultare ſe eē taliter vulneratū.iō ſequit̄. g ❡ Et rex iſrl̄ ꝛc.ne ſui aduerterēt illū letaliter vulneratū.ꝛ fugerēt de ꝑlio.cetera patēt vſqꝫ ibi. h ❡ Et linxe.ca.ꝛc.in eadē regiōe in qua interfectus fuit naboth ꝓut expoſitū fuit ca.ꝑce.ſm vnū modū.qꝛ ſamaria vbi lotus fuit currus a ſanguīe achab. ꝛ iezrabel vbi lapidatus fuit naboth: diſtāt q̄ſi.xv.miliaribꝰ q̄ faciūt.vij leucas. i ❡ Et habe.laueꝛt ꝛc.in hebreo hr̄. Et armaturas lauerūt.ſ.a ſanguīe achab. k ❡ Iuxta ver.dn̄i ꝛc.i. ꝓpe locū in q̄ lapidatus fuit naboth; ſm ꝙ dixerat dn̄s ꝑ

uit hitū ſuū ꝛ ingreſſus eſt
bellū. Rex aūt ſyrie ꝑcepe
rat principibꝰ curruū trigi
a taduobꝰ dicēſ. Nō pugna
bitis ꝯ minorē ꝛ maiorem
quēpiā niſi contra regē iſrl̄
ſolū. Cū ḡ vidiſſent princi
pes curruū ioſaphat ſuſpi
cati ſunt ꝙ ipē eēt rex iſrl̄:
ꝛ ipetu facto pugnabant ꝯ
b eū. et exclamauit ioſaphat
Intellexerūtqꝫ pricipes cur
ruū ꝙ nō eēt rex iſrl̄ ꝛ ceſſa
uerūt ab eo. Uir aūt q̄daꝫ
c tetendit arcū in incertū ſa-
d gittā dirigēs ꝛ a caſu ꝑcuſ
e ſit regē iſrl̄ inter pulmoneꝫ
ꝛ ſtomachum. At ille dixit
aurige ſuo. Uerte manum
f tuā ꝛ eijce me de exercitu:
qꝛ grauiter vulneratꝰ ſum.
Cōmiſſuꝫ ē ḡ ꝑliū i die illa
g Et rex iſrl̄ ſtabat in curru
ſuo ꝯtra ſyros: ꝛ mortuꝰ ē
veſpe. Fluebat āt ſanguis
plage in ſinū currus. ꝛ ꝑco
inſonuit in vniuerſo exerci
tu anteqꝫ ſol occūberet di-
cens. Unuſq̄ſqꝫ reuertat̄ i
ciuitatē ꝛ i terrā ſuā. Mor
tuus ē aūt rex ꝛ ꝑlatus eſt
in ſamariā. Sepelierūtqꝫ
regē i ſamaria. ꝛ lauerūt cur
h rū eiꝰ in piſcina ſamarie: ꝛ
linxerunt canes ſanguineꝫ
i eius: ꝛ habenas lauerunt:

k iuxta verbū dn̄i qđ locutuſ
fuerat. Reliqua aūt ſermo
nū achab ꝛ vniuerſa que fe
k cit: ꝛ domus eburnea quā
edificauit: cunctarūqꝫ vrbi
l um quas extruxit: nōne hec
ſcripta ſunt in libro ſermo
nū dierū regū iſrael. Dor-
miuit ergo achab cū pr̄ibꝰ
ſuis: ꝛ regnauit Ochoziaſ
m filius eius ꝓ eo. Ioſaphat
vō filius aſa regnare cepe
rat ſup iudam anno quar-
to achab regis iſrael. Tri-
gintaq̄nqꝫ annoꝝ erat cum
regnare cepiſſet: ꝛ viginti-
quinqꝫ annis regnauit in
ieruſalem. Nomen matris
eius zauba filia ſalai. Et
ambulauit in omni via aſa
patris ſui: ꝛ nō declinauit
n ex ea. Fecitqꝫ quod rectuꝫ
o eſt in cōſpectu dn̄i. verūtn̄
excelſa non abſtulit. Ad-
huc.n.populus ſacrifica-
bat ꝛ adolebat incenſuꝫ in
p excelſis. pacēqꝫ habuit io-
ſaphat cuꝫ rege iſrael. Re
liqua aūt verborum Ioſa-
phat ꝛ opera eius que geſ
ſit et prelia nonne hec ſcri-
pta ſunt in libro verboruꝫ
q dierum regum iuda. Sed
ꝛ reliquis effemiatoꝝ q̄ re
māſerāt in diebꝰ aſa patriſ
eius abſtulit ď terra. Nec

helyā. Qualiter aūt hoc fuerit ſciendū ꝙ achab habebat domū regiā in ſamaria ꝛ iezrahel.ꝛ vinea naboth iezraelite erat ꝓpe domū illā q̄ erat i ieſrael.ꝛ ibi erat armamētariū regis.ꝓpter qđ ibi portata fuerūt arma in q̄bus vulneratus fuerat ꝛ ibi lota a ſanguine achab quē linxerūt canes in loco determinato. vbi fuerat interfectus naboth ꝛ iđo ſcriptura fecit diſtinctiōem int̄ loturā curruū ꝛ armorū.d. ꝙ arma fuerūt lota iuxta vbū dn̄i: ꝛ ſm hoc verificat̄ dictuꝫ ra.ſa. dicētis ꝙ ſanguis achab in ꝑſona ꝓpria intelligit̄ cuꝫ dr̄. ſ.ꝑce.in loco in quo linxerūt canes ſanguinē naboth ꝛc.ſicut ibideꝫ dictuꝫ fuit. k ❡ Et domus ebur. quaꝫ edificauit.qual' aūt fuerit domus iſta n̄ hr̄ ex ſcriptura.ſꝫ de ipa fit hic mētio notando achab de curioſitate exceſſiua i q̄ nō modicū ē peccatū. l ❡ Nōne hec ſcripta ſunt in libro ex hoc ꝑtꝫ ꝙ liber hic allegatus nō ē ideꝫ qđ paral.in q̄ nulla fit mentio ď iſta domo eburnea. ſꝫ aliꝰ eſt liber a nabuzarda combuſtus. vel a ſyrijs. nec poſtea fuit repertus. ❡ m Ioſaphat vō. hic ꝯſequēter ponit̄ ipius ioſaphat regis iude cōditio. cuiꝰ vita cōmendat̄: excepta familiaritate quā habuit cū achab idolatra.ꝛ excelſoꝝ ꝑmiſſione.iō ſubdit̄.

n ❡ Fecitqꝫ qđ rectum eſt in cōſpectu dn̄i. ſicut ꝛ fecerat aſa pater ſuus. o ❡ Verūtamen excelſa nō abſtulit.in quibus populus ſacrificabat deo: tū̄ vt predictum eſt: ꝙ ideo non erat licitum.quia prohibituꝫ.ſ.poſt templi edificatōem.vt frequenter ſupradictum eſt: ꝛ quia populus erat ad hoc aſſuetus: iđo difficile erat amouere ꝓpter conſuetudiuē: verūtamen Ezechias tempe ſuo abſtulit: vt habetur infra.iiij.libro.ca.xviij. p ❡ Pacemqꝫ habuit ioſaphat cum rege iſrael. iſtud recolitur.quia inter aſa patrem ſuum: ꝛ Baaſa regem iſrahel fuerat bellum.tamen de hac familiaritate reprehenſus fuit per prophetam tanqꝫ in hoc reprehenſibilis.ij. Paralypomenon.xix. Impio prebes auxilium.ꝛ his q̄ oderunt dominum amicicia iungeris.ꝛ idcirco iram domini merebaris ꝛc. q ❡ Sed ꝛ reliquias effeminatoꝝ. qui autem dicantur effeminati expoſituꝫ fuit ſupra.xv. ꝛ licet aſa eos abſtuliſſet: non tamen totaliter: ſed iſte ꝑfecit. Nec erat tunc rex conſtitutus in edom a tpe dauid quo ſubiugauit ſibi illō regnū: ꝛ poſuit ibi vnū ꝑfectū q̄

rñdebat in terra rege iuda: τ hoc durauit vſq; p⁹ tp̃s ioſaphat. ꝫ tp̃e ioram filij ſui rebellauit edom τ cõſtituit ſibi regē. vt hr̃. ſ. iiij. li. ca. viij. τ ꝑꝑ hoc de illo fit hic mentio. Rex vͦo ioſaphat fecerat claſſes in mari. ꝫ cõfracte fuerũt diuino iudicio. eo ꝙ habebat familiaritatē τ ſocietatē cũ ochozia rege iſrael.

ſm̃ ꝙ hr̃. ij. paľ. cap̃. xx. τ ꝓpter hoc noluit ſecũdo aſſociari cũ eo in nauigio: vt hr̃ hic in lr̃a. a Ochozias aũt. h vltimo agiẗ de regno ochozie regis iſrael vt ꝯtinueẗ finis iſti⁹ libri ad principium quarti. τ pꝫ lr̃a ex p̃dictis hoc excepto. b Anno. xvij. Ioſaphat τc̃. q; ſicut dictũ eſt in hoc capitulo Achab regnauit. xxij. annis. τ hic dc̃m eſt ꝙ ioſophat cepit regnare anno quarto ipſius achab τ ſic videẗ ꝙ achab regnauerit vſq; ad cõpletõꝫ anni. xviij ipſius ioſaphat. et ꝑ ꝯñs filius achab cepit regnare. xix. anno ioſaphat. hoc p̃t ſolui ꝑ regulas ſuperius datas. ſ. cap̃. xv. ꝙ primus ann⁹ τ vltim⁹ in q̃ achab regnauit cum ioſaphat fuerũt imꝑfecti. τ iõ hic nõ cõputanẗ. τ ſi aliqua occurrãt decetero ſoluanẗ ꝑ regulas ſuperius datas.
In ca. xxij. vbi dr̃ i. poſtil. Audite populi oẽs. adhuc. n. volebat loqui ꝓpheta: ꝫ fuit amotus.

erat tũc rex cõſtitut⁹ i edõ. Rex vͦo ioſaphat fecerat claſſes in mari q̃ nauigarẽt in ophir ꝑꝑ aurũ τ ire non poterãt: q; cõfracte ſunt in aſyongaber. Tũc ait ochozias filius achab ad ioſaphat. Vadãt ſerui mei cũ ſeruis tuis i nauib⁹. τ noluit ioſaphat. Dormiuitq; ioſaphat cũ p̃ribus ſuis τ ſepultus ē cũ eis in ciuitate dd̃ p̃ris ſui: regnauitq;
a ioꝛã fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. Ochozias aũt fili⁹ achab regnare
b cepat ſuꝑ iſrľ in ſamaria anno ſeptiodecio Ioſaphat regis iuda: regnauitq; ſuꝑ iſrľ duob⁹ annis. τ fec̃ malũ in ꝯſpcũ dñi τ ãbulauit i via p̃ris ſui τ m̃ris ſue: in via hieroboã filij nabath: q̃ peccare fecit iſrľ. Seruiuit q̃ꝫ baal τ adoꝛauit eũ. τ irritauit dñm deũ iſrľ iuxta oĩa q̃ fecerat pater eius.
Explicit prim⁹ liber malachim. i. regũ tercius.
Incipit ſcd̃s liber Malachim. i. q̃rt⁹ regũ. Ca. j.
a Preuaricatus eſt aũt moab in iſrael poſtq; moꝛtuus ē Achab. Cecidítq;

Nec vba Michee. ſ. Audite ppľi oẽs. Additio. b magis ꝓpꝛie pñt referri ad p̃terita. hoc ē dicere illd̃ qd̃ dico regi. Si reuerſus fueris in pace: nõ ē dñs locutus in me. Audite ppľi oẽs. q. d. ſitis omẽs teſtes ꝙ ego dico de rege: q; nõ reuerteẗ in pace. τ iſtum modũ tenent ꝓphete ꝓuocando teſtes ad ſua dicta. ſicut Eſa. j. audite celi τc̃. τ ſic nõ eſt neceſſariũ dicere ꝙ ꝓpheta volebat alia loqui.

Poſtilla fratris Nicolai de lyra ſuꝑ Regũ. iij. finit.

Poſtilla eiuſdē ſuꝑ. iiij. Reg. incipit. Ca. j.
Preuaricatus eſt. Poſtq; actũ eſt. iij. li. de regno biꝑtito tp̃e quo floꝛuit. hic ꝯñr agitur d̃ ipõ tp̃e quo cadere cepit. τ q; regnũ iſrľ ꝑus fuit infectũ idolatria q; regnũ iuda. iõo citi⁹ defecit τ captiuatũ fuit. τ q; regnũ iſrľ deſcribiẗ ſub regno iuda. ſicut dc̃m fuit. ſ. iij. li. ca. xij. iõ ſub regibus iuda p̃ deſcribiẗ defectio regni iſrael ſiľ vſq; ad regni iſrael captiuatõem. ſcd̃o defectio regni iuda ꝑ ſe vſq; ad trãſmigratõem. xviij. ca. Circa p̃mũ ſciendũ ꝙ licꝫ regnũ iuda vſq; ad captiuatõꝫ regni iſrľ cucurrerit ſub. viij

regibus τ vna regina. q; tñ ſub aliq̃bus nihil fuit innouatũ. iõ iſte quartus liber vſq; ad. xviij. ca. excluſiue diuiditur in ſex ꝑtes. q; p̃ agiẗ q̃d factũ ſit ſub ioꝛã. ſcd̃o q̃d ſub athalia: ca. xj. tercio q̃d ſub ioas. ca. xij. q̃rto q̃d ſub amaſia: ca. xiiij. q̃nto q̃d ſub ozia vľ azaria. τ addiẗ q̃d ſub ioathan ca. xv. ſexto q̃d ſub achaz. cap̃. xvj.

ochozias ꝑ cancellos cenaculi ſui qd̃ habebat i ſa-
d maria: τ egrotauit: miſitq;
e nuncios dicẽs ad eoſ. Ite cõſulite beelzebub deũ accaron vtrum viuere queã:
f de infirmitate mea hac. angelus autē dñi locutus eſt ad helyã theſbitē dicens. Surge aſcēde in occurſuꝫ nunciorum regis ſamarie: et
g dices ad eos. Nũquid nõ eſt deus in iſrael: vt eatis
h ad conſulendũ beelzebub
i deum accaron. Quobꝛem hec dicit dñs. De lectulo ſuꝑ quē aſcendiſti non de-
k ſcendes ſed moꝛte moꝛiere.
l Et abijt helyas. Reuerſiq; ſunt nuncij ad ochoziã.
m Qui dixit eis. Quare reuerſi eſtis. At illi rñderũt ei. Vir occurrit nobis: et dixit ad nos. Ite reuertimini ad regem q̃ miſit vos τ dicetis ei. Hec dicit dñs. Nunquid quia nõ erat deus in iſrael: mittis vt conſulaẗ beelzebub deus accaron. Idcirco de lectulo ſuper quē aſcendiſti non deſcendes: ſed moꝛte moꝛieris. Qui dixit eis. Cuius figure et habitus eſt vir q̃

Circa p̃mũ deſcribitur p̃ moꝛs ochozie τ ioram fratris eiuſ ſubſtitutio. ſecũdo regni ioꝛã ꝓſecutio iij. ca. tercio toti⁹ domuſ achab exterminatio. ca. viij. Circa primuꝫ ſciēdũ ꝙ in defectõe vtriuſq; regni. ſ. iſrľ τ iuda ſiẗ cucurrit p̃uaricatio regũ. τ ꝯ eos exclamatio ꝓphetarũ tp̃ibus ſuiſ exñtiũ. τ iõ p̃ deſcribiẗ hic deſcēſus ochozie ad inferos ꝑꝑ ſuã maliciã. ſcd̃o aſcēſus helye ad celos ꝑꝑ virtutis cõſtantiã. ij. ca. Circa primũ ſiẗ oſtenditur malicia ochozie τ cõſtantia helye. et iõ p̃mo deſcribiẗ ꝑuerſitas Ochozie idola cõſulentis. ſecũdo veritas helye ex hoc moꝛtē e⁹ p̃dicentis ibi: Angeluſ aũt. tercio indignatio Ochozie ꝑ tres p̃ncipes eũ capere cupientes ibi: Qui dixit eis. quarto ꝯſtãtia helye veritatē ſibi in facie dicentis: ibi: Locutus ē aũt. quinto moꝛs ochozie et creatio ioꝛam ſibi ſuccedentis ibi Moꝛtuus eſt ergo.

Circa p̃mũ dr̃. Preuaricatus ē aũt moab in iſrľ. q; rex moab ꝑ iuramẽtũ ſe obligauerat τ regnũ ſuũ ad ſeruiēdũ regi iſrael ſub tributo. ꝫ rebellauit τ iuramentũ fregit. q̃ fractio dr̃ p̃uaricatio. b Poſtq; ãt moꝛ. ē achab. achab. n. fuit bellicoſus. vt pꝫ ex ſupꝛadictis. iij. li. τ habuit plures victoꝛias notabiles. τ iõ tp̃e eius nõ rebellauit ꝫ tp̃e filij ſui q̃ erat puſillanimis. c Cecidítq; ochozias per cancellos. i. deambulatoꝛia. d Et egrotauit. q; ex caſu cõquaſſatus fuit. e Miſitq; nũcios. de cõſilio matris ſue iezabel q̃ erat idolatrix peſſima. τ iõ fec̃ eũ recurrere ad ydolũ τ nõ ad deũ. aliqñ. n. in idolis demões dabant rñſa deo ꝑmittente ꝑꝑ maliciã recurrentiũ ad idola ꝑ quã demerebãẗ vt in ſuo erroꝛe detinereẗ. f Angel⁹ aut. h ꝯñr deſcribiẗ helye ꝯſtãtia moꝛtē eius p̃dicẽtis cuꝫ dr̃. g Nũq̃d nõ ē de⁹ i iſrľ. q. d. vos oñdiſtis facto ꝙ credatis ibi ñ eē deũ q̃ poſſit rñdere vobis. i Quobꝛem. i. ꝓpter infidelitatē. k Moꝛte moꝛieris. ꝑ diuinã ſententiã. l Reuerſiq; ſunt nũcij. ꝑꝑ verbũ helie eis dc̃m ex ꝑte dñi. m Qui dixit eis. h ꝯñr deſcribiẗ obſtinatio regis volẽtis punire ꝓpham ꝓpter dei ſententiam. primo tamen inquirit de ꝑſona. d. Cuius figure τ habitus ſequitur.